 

Sacerdotalis inſtructio circā miſſam edita
a reuerendo artium ac ſacre theologie pro/
feſſore magiſtro Roderico de ſancta Ella.
Lege feliciter.

In hoc libello hec ſubſcripta continentur.


An liceat ſacerdoti omnino a celebratione abſtinere.

Rationes quibus excitatur ſacerdos ad celebrandum frequenter.

Quare contemplatiuis et timoratis aliquando ſubtrahitur guſtus.

De diuerſo modo diſponendi incipientium. proficientium et perfectorum.

Forma reconciliationis.

Due orationes deuotiſſime quibus ſe preparet ſacerdos anteq̄ʒ celebret.

De accidentibus que poſſunt contingere in miſſa: et quomodo debet eis prouideri.

Quis ordo orandi tenendus ſit in ſingulo memento.

de peccato operis. fo. v.
de peccato omiſſione in eodem loco
concluſio confeſſionis in eadem parte
oracio diſponens ad abſolucionem
oraciones deuotiſſime dicende a ſacerdote ante quam accedat ad celebrandum fo. vj
item alia oracio in eodem loco

¶ Reuerendo in xp̄o ac generoſo viro domino Franciſco de Mendoça ex comitibus cabre archidiacono Hiſpalenſi Rodericus de ſancta Ella artium et ſacre theologie profeſſor. P.S.D.

COgitanti mihi vir genere et virtute preſtans quid tua nobilitate ſuauiqꝫ ingenio et mea erga te beniuolentia et ſeruitute dignum in his fauſti feliciſqꝫ ſacerdotij tui initijs offerrē: nō gēme: nō aurum: non opes in mentē venere: que celeſtis ille dei optimi maximi filius q̃ ſuo nos ſanguine diluit: nos flocipendere docuit: ſed conſiderationes quedam quibus deuotus ſacerdos inſturctus ad ſacroſancti corporis xp̄i miniſteriuꝫ ſecurior accedat. Conſideraui namqꝫ tuam eximiam indolem. ſingularē virtutem: indefeſſum ſtudium: quo ſacerdotali officio etate iunior: dignitate ac ſtudio ſenior feruētiſſime incūbis: (rarū nobiliū decus: ac proinde precioſius terrena ſpernere: celeſtia ſola magnificare: ac pro his nullum recuſare laborē) Accipe igitur munuſculū mācipioli tui quo ſoles hylari animo: benigno feliciqꝫ vultu: cui ſi auctoritas tue dignatiōis acceſſerit: deerit nihil. Uale in dn̄o ieſu. Tres vero cōſiderationes libellus noſter abſoluet. Prima quo affectu omniū ſuauiſſimū fructū ſacerdos nō negligat. Secūda quibus ſe antidotis infirmus ſacerdos curet. Tertia qua vigilantia hoſtis tela inter celebrandum excutiat. Prime conſiderationi premittendaꝫ decreui ſubſcriptam queſtiunculam.

¶ An liceat ſacerdoti omnino a celebratione abſtinere.

REſpondet ſanctus Thomas quarto ſententiarū. xj. q. j. ar. ſcd̄o. q. j. ꝙ licet quidam dicant ꝙ non peccat qui dimittit celebrationē niſi populū habeat ſibi cōmiſſum: vel ex obedientia teneatur celebrare: tamē ꝙ dicit Gregorius. ꝙ cum creſcunt dona: creſcūt ⁊ rationes. i. obligationes donorū. ſ. vt operemur donis mediātibus. Ideo cuꝫ ſacerdoti data ſit poteſtas nobiliſſima reus negligentie erit niſi illa vtatur ad honorē dei ⁊ ſalutem ſuā et aliorum viuorum ⁊ defunctoꝝ. ſm̄ illud prima pe. iiij. Unuſquiſqꝫ prout accepit gratiam in alterutrū illaꝫ adminiſtrantes ⁊c̄. niſi forte aliquis ex familiari ſpirituſſancti inſtinctu dimitteret. ſicut legit̄ in vitis patrum de quodā ſancto patre qui ordinatus nunq̄ꝫ poſtea celebrauit. Secus vero eſt de alijs actibus ordinis qui ꝑtinent ad corpus xp̄i miſticū: vt ligare: ſoluere: baptizare: ⁊ docere. Ideo qui nō tenetur alijs prelatiōe vel ſubiectione poteſt ab illis actibus ſine peccato ceſſare. ſed ꝯſecratio eſt actꝰ

ordinatus ad corpus xp̄i verum: nec reſpicit corpus xp̄i miſticum niſi ex
conſequēti: ⁊ iō etiā ſi nulli hominū teneat̄: tn̄ tenetur deo, vt reddat ei ſacri
Luce. 22. ficium acceptum. Sacerdotibus em̄ p̄ceptum eſt: hoc facite in meam cō-
memorationē: hec in ſcripto ⁊ in tertia parte. q. lxxxij. articulo decimo ad
dit ꝙ ſaltem videt̄ ꝙ tenet̄ celebrare in p̄cipuis feſtiſ: ⁊ maxime in illis die
bus q̄bus fideles cōſueuerunt cōmunicare. Vn̄ contra negligentes dicit̄.
ij. Mach. iiij. ꝙ iam nō circa altaris officia dediti erant: ſed cōtempto tē-
plo ⁊ ſacrificijs neglectis feſtinabant participes fieri paleſtre. Petrus ve-
ro de palude dicit ꝙ cum q̄libet teneat̄ nō in vanū gratiā recipere. ij. Cor.
vj. ⁊ ſacerdotiū ſit maxima gratia: vane habet ſi nō vtit̄ ea ad finez ad quē
eſt: ⁊ quāuis iſta nō ſit determinatio tn̄ q̄ extra de celebratione miſſarum.
c. dolentes. rep̄hēdunt̄ q̄ vix quater in āno celebrant: ⁊ p̄cipit talia corrigi.
Vn̄ niſi ter vel pluries celebrēt: qn̄ ⁊ mulieres religioſe ⁊ cōuerſi. ſ. religio
ſi layci: cōmunicant peccāt. Opinio tn̄ quorūdam canoniſtarū dicentium
ꝙ mortaliter peccat q̄ ex negligētia pretermittit celebrare: nō videt̄ vſque
quaq̄ vera ſed nimis dura. Hec p̄dicti doctoreſ. Thomas ⁊ Petrus hoc
dicūt: immo. Albertus dicit ꝙ medium tenere beatū eſt. ſ. aliq̄n celebrare:
⁊ aliq̄n permittere niſi officium exigat ⁊ oī die dn̄ico celebret ſacerdos: in
q̄ caſu peccaret p̄termittēs ſine legitima cauſa. Eſt tn̄ cōſiliū beati Augu-
ſtini in libro d̄ eccleſiaſticis dogmatibus q̄d inſeruit gratianus in. c. Quo
tidie. de cō. di. ij. ꝙ oīs xp̄ianus bene diſpoſitus accipiat omnibus domi
nicis diebus corpus domini quod vtiq̄ conſilium longe arctius ſacerdo-
tes cōſtringeret: quinimo beatius foret ſacerdotibus quotidie deuote cele
brare: cum hoc ſibi ⁊ multis alijs valde ꝓdeſſz. Vn̄ Ambroſius ⁊ habet̄ ī
. c. ſi quotiēs. de cō. di. ſcd̄a. Ego q̄ quotidie pecco quotidie debeo accipe
re medicinam. ⁊ iterum Auguſtinus dicit in libro de verbis dn̄i: iſte panis
quotidianus eſt accipe quottidie: vt quottidie tibi proſit: ſed ſic viue vt q̄t
tidie poſſis accipere. Et Beda preſbyter ait. Sacerdos qui ſine mortali
pctō eſt ⁊ in bono ꝓpoſito: ſi non celebrat: celeſtem trinitatē priuat gloria
⁊ honore. ip̄os āgelos in celeſti patria gaudio ⁊ leticia. homines laboran
teſ in terra beneficio ⁊ gratia. Animas in purgatorio degenteſ: patrocinio
⁊ venia: ſeip̄m aūt ordinatione mentis: informatione intellectus: verboruz
veritate fame bone claritate. Deſideriorum puritate: anime ſtabilitate.
Accede ergo ad altiſſimum ſacramentum ⁊ communionem propter trini-
tatis gloriam: angelorum leticiam: hominum gratiam: animarum veni-
am: ordinationē mentis: informationem intellectus verborum veritatem:
fame claritatem: deſideriorum puritatem: animi ſtabilitatem: hec ſit tota
intentio tua ⁊ finalis deuotio.

¶ Sed age videamus alias ratōes quibus maxime inducimur
ad frequenter celebrandum.

PRima ratio eſt nobilitas ſacramēti. Sacramentū eñ corpo 1
ris xpi eſt redemptoris noſtri ꝛ redemptionis noſtre memo-
riale: dulciſſimū pignus hereditatis eterne: future iocūdita
tis amabile preludium: arra ſponſe: iocale diuinū celitus ei
donatum: ecclie militantis cum triūphante ſuaue glutinū ꝛ
vnio fraternalis dulcedinis: dū eandem dulcedinē qua illa fruiť ſine vela-
mento: iſta habet ſub mirabili ſacramēto. ¶ Secūda ratio eſt ſuauitatis 2
et vtilitatis. ¶ Quāte eñ dulcedinis ꝛ iocunditatis eſt tante rei ſacramē
tum verbo conficere: habere pre oculis: cōtractare manibus: ore ſumere ꝛ
aliis mōſtrare: nemo facile explicet. Quid eñ iocundius ꝛ dulcius ꝛ dele-
ctabilius eſſe poteſt q̄ȝ habere perſonaliter ꝛ corporaliter preſentē dñm ie
ſum xp̄m donū vtiq̄ȝ excellentiſſimū ꝛ totius ſpūalis dulcedinis efficiētē
cauſam ſubiectum ꝛ finem: quod profecto vniuerſa alia tranſcendit ſacra
menta. Hoc eſt qđ ſolet accendere deſiderium: humilitatē ingerere: cōpū-
ctionē inducere: pre aliis ꝛ fiduciam: ꝛ ſpē erigere ad amorē: infundere
gaudium: ad reuerentiam excitare: totam mentē liqueſacere ꝛ oblectare.
Propter hec eñ excitanda in nobis tanti boni preſentia eſt nobis indul-
ta: et licet aliqñ celebrās occaſionem diſtractionis habeat: puta ex tumul
tu populi circūſtantis: ceteris tamen paribus eſſe npoteſt ꝙ quis maius
promotiuū habeat ad deuotionē per alia media quam per hoc: cū hic ſit
fons totius dulcedinis ꝛ gratie ꝛ glie. ¶ Tertia ratio eſt beniuolentie quā 3
celebrans non indigne a ſponſo ſuo xp̄o ꝛ ſpōſa eccleſia reportat. eſt enim
paranīphus amoris ꝛ mediator inter ſponſum ꝛ ſpōſam. Grata eñ vota
ſponſi dilecti ſui vehemēter affectat ſponſe ſue referre ꝛ mox reportare ſpō
ſo plenam ſponſe grām: qua parata eſt ei deſiderium cordis eius tribuere
exhibere preſentiam imo miniſtro cōmittere ſeip̄am vt ſponſo preſentet.
Quomodo aūt poteſt ſponſa nō amare tam vtilē ſibi miniſtrum quin euȝ
ſponſo cordialiter recomēdet: aut quomodo ſpōſus nō diliget eum in taȝ
grato officio miniſtrantē. ¶ Quarta ratio eſt fructus q̇ prouenit aſſiſten 4
tibus celebrationi. Dat eñ celebrans occaſionem diuotis affectibus ſuſ-
piriis ꝛ cōpunctionibus. Seruit fidelibus ad multas oblectationes ſpūa
les quas guſtant miſſe intereſſendo: corpus xpi videndo: reuerenter ado-
rando: et ſacratiſſime paſſionis ſue memoriam habēdo. Et ex hoc ip̄e mi
niſter ſperare poteſt ꝛ debet ꝙ deuotionis guſtus fructuſq̄ȝ quos eo mini-
ſtrante fideles percipiūt eorum cumulo creſcant. ¶ Quīta ratio nō minꝰ 5
cogens eſt officii cōmiſſi fidelis executio: eſt eñ preſbyteris cōmiſſum tā-
ti miniſterii officiū vt offerrēt hoſtiā deo ꝓ viuis ꝛ mortuis in memoriā do
minice paſſionis. Si igitur huius officiū neceſſarium ꝛ vtile eſt ſancte ma
tri ecclie: cur volunt matri hoc ſubtrahere vel negligere. Si vero nō repu
tant neceſſariuȝ vel vtile: cur illud aſſumere voluerunt. ¶ Sexta ratio eſt 6
beneficiorum recōpenſatio: videť eñ fideles ſacerdotibus vite ſtipendia ꝛ

beneficia conferre vt ab aliis magis liberi: hoc ſacrificium acceptabile ꝓ
ipſorum ſalute offerant: alie enim orationes eorum non plus valent orati
onibus deuotorum ſimplicium niſi inquãtum perſonam eccleſie per ſe fe-
runt. Unde nulla in remedius ꝓ benefactoribus ⁊ amicis ſatiſfacere: nec
aliquid gratius exhibere eis pro ipſoruꝫ et propriis peccatis poſſunt: q̃ꝫ
ſi huius muneris oblationibus inſiſtant. ¶ Septima ratio propter peri-
culum more: nam dum tempus habemus debemus bonũ operari: ne for-
te intercipiat nos graue impedimentum quo penitus inutiles eccleſie red
damur: quia de facili irregularitas vel infirmitas aliiq̄ꝫ defectus ſeſe inge
runt ita ꝙ diu aut forte nunq̃ꝫ celebrare permittunt. ¶ Quãuis ergo quis
ſit laboribus grauatus ⁊ curis occupatus: tamen cum poteſt officiis cele
brandis vacare: ⁊ his que ad hoc neceſſaria ſunt: vtpote diſcuſſioni pro-
prie conſcientie et confeſſioni ⁊ orationibus ex debito dicendis: etiam ſi
ratione dicte interioris vel exterioris occupationis minus de dulcedine ſa
cramenti ſentiat: non video quare a celebratione debeat abſtinere. ¶ Aliud
eſt enim deſiderium: aliud eſt ſenſibilis deſiderii guſtum ſuauitatemq̄ꝫ per
cipere: ſine deſiderio nemo debet accedere ad tantum miniſterium: cum
autem xp̄ianum ſic viuere deceat vt ſemper mereatur accipere: nunq̃ꝫ de-
bet eſſe ſine deſiderio tunc ⁊ totiens ſumendi: cum ⁊ quotiens conueniẽter
poterit ⁊ crediderit expedire. Et in hoc errant multi qui ſolent ſibi prefige
re in animo non niſi totiens in anno vel ſeptimana celebrare: quod eſt po-
nere obicem gratie ⁊ ãmonitioni dei ⁊ quaſi tempus miſerationum domi
ni ſua voluntate coartare: ¶ Si quis autem illam diſpoſitionem in ſe iu-
dicare voluerit ex ſenſibili cordis compunctione: profuſione lachrimarũ:
feruore mentis: ⁊ ſimilibus ſignis: ita ꝙ tunc credat ſe diſpoſitum: quan-
do tale quid ſentit: ⁊ quando non percipit ſe indiſpoſitum: incaute valde
ambulat et quam ſepiſſime decipietur. Sepe enim numero qui nihil tale
habent ſunt in magno ſtatu gratie: ⁊ qui habent ſunt extra gratiaꝫ gratuꝫ
facientem: nam ſepe impeditur homo ab huiuſmodi ſine culpa ſua immo
cum magno merito. Ut plurimum enim non poſſunt homines ſenio con-
fecti: aut corpore languidi: aut curis magnis grauati: vel laboribus pre-
dicationis: aut audientie confeſſionum: aut cure infirmorum: aut ſeruicii
chori: vel aliorum ſeruiciorum eiuſmodi fatigati: magnas in oratione per
cipere vel expectare dulcedines. Et ſic impium foret homines pro huiuſ-
modi operibus remouere a ſacramento pietatis. aut ſacramentali fructu
et refectione priuare. preſertim quando ex obedientia voluntaria cogun-
tur: aut ex charitate eligunt propter ſalutem proximorum a contempla-
tionis ⁊ orationis ſtudio ſe abſtrahere: ⁊ laborioſas tedioſaſq̄ꝫ ⁊ amaras
occupationes ad dei gloriam ſubire. Nam tam ⁊ ſi ſacramentum ſit cum
deuotione ſumendũ: tamẽ q² deuotio nõ eſt aliud q̃ꝫ promptitudo animi ⁊
bone voluntatis feruor ad ſeruiendum deo: non ſolum conſiſtit deuotio in

ſuſpirijs ⁊ lachrimis: ſed etiam in predicando ⁊ confeſſiones audiendo: et
in alijs miſericordie operibus tam ſpiritualibus quam corporalibus ſe-
ipſum exercendo. Et licet contemplatiui cõmuniter ſint magis deuoti et
feruidi quam actiui: non tamen propter hanc maiorem promptitudinem
neganda eſt cõmunio bonis actiuis: cum etiam contemplatiuorum vnus
ſit deuotior altero: nec tamen propter hoc minus deuotus tenetur abſtine
re a ſacramento. maxime cum bonitas hominis magis conſiſtat in virtu
te animi quam in feruore. ¶ Nec eſt pretereundum ꝙ aliquando talibus
curis liberi ⁊ ſolum contemplationi ⁊ deuotioni diligenter intenti cum ce-
lebrant parum aut nichil percipiunt de ſuauitate ſacramenti: quod fit ex
magna dei clementia ⁊ ad magnum eorum profectum: ad multa enim va
let eis eiuſmodi ſuauitatis ſubtractio vt ex his que dicentur quam facilli-
me apparebit. Primo vt cum ſale eiuſmodi humiliationis: gaudium de
uotionis condiant: et mentem ſuam ne laſciuiat tẽperent. Scdo vt timor
eis incutiatur ne tam delectabili bono hic ⁊ in futuro priuentur: ac eo ar-
dentius ac toto conatu ad vitam eternam tendant cui ſemper ⁊ ſine ꝑdi-
tionis timore heredum eſt. Tertio vt per fidem ambulantes magis mercã
tur. pleriqꝫ enim illa ſuauitate deliniti magis guſtui ⁊ experiẽtie illius ſua-
uitatis ſtudent initiquam fidei: ⁊ quandoqꝫ occupationes ⁊ alia opera fu
giunt ac rationi ⁊ contemplationi vacant potius deſiderio illius dulcedi-
nis quam pro gloria dei vel acquiſitione virtutis ⁊ vtilitate proximorum.
Quarto vt tantum bonum feruentis deſiderent acceptent gratantius et
cautius cuſtodiant. Quinto vt videntes ꝙ illa ſuauitate priuati mox red-
duntur grauiores ⁊ magis pigri ad bona exequenda: diſcant eaꝫ non pro
prijs aſcribere viribus: immo vero deo omnium bonorũ auctori gratias
pro ea actitare quotiens ſe promptos in tanti miſterij excutione inueniũt.
Sexto vt timeãt alios iudicare ex apparẽti eorum ſegnitie: ſed magis cõ-
patiãtur eis vtpote a gratia dei deſtitutis. Septimo quia prouidet in hu
iuſmodi diuina miſeratio indiſcretioni taliũ ne videlicet illam dulcedineꝫ
ſentientes ⁊ ſine intermiſſione eam ſectantes propriam valitudinem indi-
ſcrete conſumant. Octauo ad conſeruandam humilitatem: ⁊ inanem glo
riam excutiendaꝫ: et talibus enim gratijs magna ſepe occaſio ſumitur ad
ſuperbiendum vſqꝫ a deo. vt qui tali ſemper conſolatione congaudent dif-
ficillime poſſint a vanitate ſpiritus ⁊ inani gloria preſeruari niſi per anti-
dotum temptationis humilientur ⁊ compeſcantur vt Paulus per ſtimu-
lum carnis. Et quamuis non ſine auxilij diuini gratia nobis celeſtia ſapi
ant et terrena vileſcant ⁊ deus poſſet munere gratie ſue omneꝫ difficilitatẽ
excludere ⁊ facere ꝙ nobis ſemꝑ celeſtia ſolũ ſaperẽt: non tñ vult ſemꝑ no-
biſcũ ſuꝑnaturalit̃ agere: ſed etiã humano mõ ſalutẽ nr̃aꝫ oꝑari ne torpea
mus ocio immo potius excitemur vt ex dulcedine qñ habemus eam: gra

tiam dei cognoſcentes fiduciam accipiamus: ⁊ ex ſubtractione eius nos
imbecilles minuſq; ſecuros agnoſcamus. ¶ Item nota ꝙ huiuſmodi affe
ctus ſiue dulcedinis in operib⁹ de genere bonoꝝ aliqñ veniunt preter gra=
tiam: nam ⁊ iudei ⁊ gentiles in ritibus ſuis ⁊ ſacrificijs lachrimas fundũt
ex affectione ad illa qñq; id operante diabolo. Aliquando cũ gratia veni=
unt: ſed nõ ex gratia. vt cum aliquis etiam imperfectus ſine oratione ⁊ hu
iuſmodi trahit in magnũ affectũ dicte dulcedinis. Aliquando veniunt ex
gratia ⁊ dono dei. vnde ſicut ex defectu hmõi cõſolationũ nõ debet dimit
ti cõmunio vel celebratio: etiam ſi quis ſciret vel crederet huiuſmodi con=
ſolationem ſibi ſubtractam ex peccatis diu preteritis quod tamẽ non po=
teſt ſcire vel debet credere: niſi aliqua euidenti ratione licet ſi veriſimiliter
crederet propter peccata recentia vel preterita nõ emendata hoc pati: tũc
abſtinenduꝫ eſſet. ita etiam econuerſo ſentiendo huiuſmodi affectus ⁊ dul
cedines nõ debet ſe putare ex hoc magis ſecurũ ⁊ diſpoſituꝫ ad ſuſceptio
nem huius ſacramẽti. Nam ⁊ magni peccatores aliqñ habẽt huiuſmodi
affectus perſeuerantes in malis: ſicut conſtat per exemplũ de quodaꝫ qui
vſq; ad magnã lachrimaꝝ effuſionẽ cõpungebatur atq; bonis deſiderijs
extuabat: nec tamẽ pompis huius mũdi ac vanitatibus renũciabat: nec
voluntateꝫ aut propoſitũ habebat abdicandi a ſe pctã mortalia: ⁊ ſic cuꝫ
eſſet extra ſtatũ gratie: tñ huiuſmodi affectus aliqñ ſentiebat. Unde talia
non ſunt ſufficiẽtia probamẽta: ſed magis eſt veꝝ argumentũ teſtimoniuꝫ
proprie conſcientie qñ examinans nõ inuenit qđ doleat. ¶ Ex quib⁹ ego
accipio ꝙ cauendũ eſt ne qs ex ſola ↄſuetudine exterioris operis moueat
ad celebrandũ: non aduertẽdo an diſpoſitus vel indiſpoſitus ſit: ſeu an ex
celebratione proficiat vel tepeſcat: ſiue an habeat cauſam rationabilẽ ab=
ſtinendi vel nõ: hoc eñ eſſet reprobabile. Nũc ergo ſacerdos piger dicito
mihi qđ eſt quod te retrahit a celebratione niſi tu ipe qui non vis de pctis
ſatiſfacere ſeu quieſcere male agere: ſeu qꝛ vis in peccãdi voluntate pma=
nere. Quiſquis ergo nõ vult cũ affectu emendare preterita mala ⁊ futura
vitare: magis debet ſe putare indignũ ꝙ̃ dignum iudicare qm̃ non habet
voluntatem emendãdi qui nihil facit quilibet eñ vſum rationis habens
ſemper cum vult poteſt aliquid ad emendationem peccatorum facere: qꝛ
poteſt dolere vel diſplicentiam habere de eis: nolle amplius peccare: deſi=
derare grãm: orare pro ea: ⁊ humiliari coram deo ⁊ ſimilia. Si habes ſcru
pulum vel dubium: habes iterum quid facias vt videlicet doleas de quã=
to: hoc eſt de illo qualicunq; ⁊ confitearis ſaltem ad cautelam: ⁊ ad ſatiſfa
ciendum ſummittas te puro iudicio boni confeſſoris ſi eius copiam ha=
bere potes: vel ſis paratus ad hoc quamprimum poſſis talem habere q̃
valeat te dirigere in hoc caſu. Si auteꝫ credis aut times te indiſpoſitũ ite
rum habes qđ facias videlicet vt te diſponere quãtocitius poteris ſtudio
ſe coneris. Si times de negligẽtia cõmittenda adhibe diligentiã ⁊ cõmit=

te te dei gratie. Uñ cum in oibus q̄ te poſſunt retrahere: habeas q̇d agen-
dũ ſit: ⁊ ſi illa feceris ꝑ virili portione tua tibi ſufficiat: nec eſt aliud pericu
lum ſalutis: nullo pacto es excuſabilis. Et cum q̇s non eſt: ſed credit ſe cō
tritum de pctīs quãuis eſſet indignus ⁊ in pctis: ſi tñ faceret q̇d in ſe ē: nec
indigne ſumeret: nec de nouo peccaret mortaliter accidēdo. Ex q̇bus con
ſtat ꝙ qñcunq̧ huic miſterio comode indulgere potes: nec aliquod cano-
nicum obſtat: nullam omittendi cauſam portendere potes niſi maliciam
vel negligentiam aut pigritiam tuã q̄ ſunt cauſe irrationabiles ⁊ pernitio
ſe. Item nota ꝙ oim nō eſt vnus diſponēdi modus: ſed alius incipientiũ:
alius ꝓficientiũ: alius pfectoꝝ. Incipiens ⁊ nouiter conuerſus ad dñm: ꝓ
bet ſe ante peccaſſe ⁊ doleat. ⁊ cōfeſſus peccata ſaltem mortalia: vel ſaltem
q̄ð in ipſo eſt ſit paratus confiteri: penitentiam ſubire ⁊ ſatiſfacere: ⁊ tunc
attente conſideret an habeat bonam volũtatem vitandi pctã ⁊ deo ſeruiē-
di: ⁊ an faciat ad hoc diligentiam ſuã ꝑ opportunitate loci tporis ⁊ viriuʒ
ſuarum. quãdiu eñ in iſtis d̄fecerit: nunq̄ʒ dʒ ad cōmunionē accedere. De
inde ꝓbet an de ꝓximo fuerit in aliquo graui pctō de quo in oratiōe dole
at ꝙ adhuc affectus ſuus non ſit bñ purgatus: ſed occupata ſit fantaſia ⁊
memoria priſtinis delectatiōibus ac comotiōibus ⁊ p̄ter volũtatem graui
ter inquinata ⁊ inclinata caro ad terrena ⁊ carnalia adhuc nimis vehemē
ter impediat ſpiritum ⁊ ei nō ſolum ad deuotionē nō ſeruiat ſed rebellet. de
inde ꝓbet ſi nō habeat ex culpa ſua vel negligentia notabile deuotiōis im
pedimentũ vt pote pollutionē corporis vel magnã diſtractionem mentis.
Poſtremo ſi nō ſit nimis indiſpoſitus ad oēm deuotionē ⁊ ꝓpter culpaʒ
ſuam videlicet ſi eſſet grauatus capitis infirmitate aut preſſus ſomnolen
tia aut nimio tedio affectus: hec enim ſunt ꝑ quibus a cōmunione eſt ab-
ſtinendum quandocunq̧ nō vrget aliqua neceſſitas. Nam in neceſſitatis
articulo vt in piculo mortis. ſufficit habuiſſe iſta p̊mo fixa in animo ſi ea
ꝑ ſtatu illo inſtantis infirmitatis habere nō poſſit. Proficiēti vero qualiſ
dʒ eſſe ois q̇ ſepe aut frequēt cōicare ꝓponit nō ſufficiũt hec p̄dicta ſed to
ta vita ſua dʒ eſſe preparatio ad tãte rei ſuſceptionē ⁊ p̄cipue in mortifican
do vitia ⁊ fugiēdo vanitates ⁊ pctōꝝ occaſiōe ſēt leuiũ ⁊ vēialiũ ⁊ occupa
tōes nō neceſſarias in q̇bꝰ pōt hō auerti a ſolicita cuſtodia cordis ſui: nec
non exercendo ſeip̄m in virtutibus ⁊ excitando ſe ꝑ meditationem ad im-
menſum timorem ꝓfunde humilitatis: amorem ardenteʒ: feruens deſide-
rium ſupernorũ: inferendo ſe vulneribus ieſu xp̄i. cōpatiendo pctōribus:
commendãdo ſe ſancte matri eccleſie in nullo de ſe aut de ſuis meritis p̄ſu
mendo: ſed de eius pietate vehemēter confidendo. Per quodcũq̧ ergo ex
ercitiũ homo ad hãc deuotionē amplius promouet ſiue ſit lectio: ſiue me
ditatio: oratio: p̄dicatio: vel opus miſericordie ſpirituale aut corporale. ꝑ
illud magis ad cōmunionem diſponit. Ex quo ptʒ error plurimorum qui
multũ affligunt ſe: ieiunant: orãt aut vigilant: vſq̧ adeo ꝙ ſenſus obruit ⁊

ab omni deuotione impeditur potius q̃ promoueatur ⁊ habēt aliqua vi-
cia in ſe vel afectiones mundanas quas mortificare minime curant. ſ. ali
quam maliciam vel ſcandaloſam cōſuetudinem: amorē illicitum vel rāco
rem noxium ad proximos: laudis appetitum: conſolationes mundanas
carnis concupiſcentiam: diuitiarū cupiditates: quas et ſi dimittunt ad
tempus: nullatenus tamen renunciare proponunt: ſed promptiſſime re-
deunt ad eas: et quandoq̃ ardentius q̃ antea eas amant. Horum autē
contemptus deteſtatio et mortificatio: plus valeret eis ⁊ eos magis diſ-
poneret: q̃ iſtis detentis cantatio mille pſalmorum. Nonulli vero poſtq̃
communicauerint volunt ſe ab omnibus etiam ab vtilitate proximorum
abſtrahere ac recuſant hominibus in neceſſitate poſitis: etiam in neceſſa
rijs et ſalubribus ſubuenire: que res eum vtiq̃ qui ſui iuris eſt: ⁊ prodeſſe
poteſt miſero: potius reddit indiſpoſitum q̃ diſponit. ¶ Qui vero perfe
cti ſunt: ita q̄ tam apprehenderunt ea ad que tendit proficiens pre vehe-
mēti deſiderio quod habet ad xp̄m non poſſunt ferre eius abſentiam: vn
de quia non poſſunt eum reuelata facie contemplari in gloria: ſaltem pro
conſolatione ſua volunt eo modo quo poſſunt aſpirare ad amplexus ei⁹
et frui humanitatis eius preſentia: petunt enim oſculum: cupiunt videre:
experiri ⁊ guſtare q̃ ſuauis eſt dn̄s: vt i[n] dulcedine ſuauitatis et cibi illi⁹
fortitudine ambulent vſq̃ ad montem dei. ſ. beatitudinem ſempiternam
ad quam conſequendam pro viatico datum eſt corpus dn̄i nr̄i ieſu xp̄i q̄
cū patre ⁊ ſpiritu ſancto viuit ⁊ regnat p̱ infinita ſeculoꝝ ſecula amen.

¶ Sequitur ſecunda conſideratio: et in primis forma breuiſſima confeſ-
ſionis preſbiteri volentis celebrare. qui ſic incipiet. In nomine patris et
filij et ſpirituſſancti amen.

EGo reus et indignus ſacerdos confiteor deo omnipotenti:
beate marie ſemper virgini: beato michaeli archangelo: be-
ato iohanni baptiſte: ſanctis apoſtolis petro ⁊ pauli: beato
iacobo: ⁊ omnibus ſanctis: ⁊ tibi pater: quia peccaui nimis
cogitatiōe. verbo. opere ⁊ omiſſione. mea culpa. mea culpa.
mea maxima culpa. Percutiet pectus ter: deinde proſequatur ſic. In pri
mis me accuſo q̄ non accedo ad hoc ſanctum ſacramentum penitentie
cum ea animi preparatione. deuotione. reuerentia. contritione. dolore et
diligenti examinatione: et compunctione omniū ⁊ ſingulorum peccatorū
meorū ⁊ conſtanti propoſito nunq̃ deum offendendi quibus ego deberē.
¶ Item dico meam culpam q̄ ad ſacroſanctum ſacramentū euchariſtie
nunq̃ accedo cum ea animi preparatione: deuotione: reuerētia: puritate:
attentione: integritate ac diligentia in tractando ip̄m quantū in me eſt vt
ego deberem. ¶ Item dico meam culpam q̄ preteritam penitentiam nō

peregi cum animi compunctione lachꝛimis ⁊ amaritudine:⁊ in ſtatu gratie quantum ex me fuit et debui. ¶ Item dico meam culpam ꝙ offenderim deum meum nō amando ⁊ colendo ipſum ex toto animo mente et viribus vt debui. Item offendi eius maieſtatem nō implendo immo trranſgrediendo pꝛecepta eius:coꝛrumpendo puritatem animi:in vanis cogitionibus:ſuperbie:inanis gloꝛie:appetitus laudis:pꝛeſertim faciendo iudicia temeraria de pꝛoximis meis.ſ.iudicando eos quoꝛum non ſum iudex:iudicando occulta:iudicando incerta: iudicādo per leues ſuſpectiones per alioꝛum relatum:per opiniones quas ego mihi foꝛmo: et interp̄tando in peioꝛem partem ea que poſſent et deberent interpꝛetari in meliorem:nec ſolum coꝛde concipiendo et firmiter diffiniendo:ſed etiam oꝛe alijs pꝛoferendo ⁊ confirmando: et auribus audiendo alioꝛum iudicia temeraria ⁊ eis aſſentiendo:nec iudicantes repellendo.dic quotiēs. ¶ Itē dico meam culpam de cogitationibus carnis.ſ.quia habui talem vel talem cogitationem erga talem vel talem : conſentiente ratione vel moroſe tardando cum aliquali dilectione in ipſa cogitatione:nec repellendo eam dic quotiens. ¶ Et maxime dico meam culpam ꝙ non habeo caſtum et mundū coꝛ coꝛam deo et in pꝛopoſito nunq̄ offendendi eum in hoc genere peccati:ſicut ratione oꝛdinis mei habere deberem. Item dico meaꝫ culpam quia erga pꝛoximos nō habeo illam charitatem quam deberem habere:habeo enim odio talem vel talem:vel inuideo tali:placeret mihi de ſuis malis: diſpliceret de bonis: nec cogito:nec dico:nec facio pꝛoximis que vellem de me cogitari:aut dici:aut mihi fieri:hec omnia abdico a me et pꝛopono de cetero non facere.

## De peccato oꝛis.

DIco in pꝛimis meam culpam circa peccatum oꝛis ꝙ officium diuinum non dico cum ea animi pꝛeparatione: reuerentia:deuotione:attentione:integritate:ſuis tempoꝛibus ⁊ locis: et oꝛdine mihi inſtituto a ſancta matre eccleſia vt deberem:immo aliquādo aliquid pꝛetermiſi: ſepe interrupi per obcenas aut vanas cogitationes:ſepe per inutilia ⁊ leuia verba: ſepe per actus coꝛpoꝛales exterioꝛes:ſepe violo ſilētium in choꝛo et extra:nec exequoꝛ diuina miſteria cum ea animi deuotione:reuerentia ⁊ attentione:ac diligentia quibus deberem. ¶ Item dico culpam meam ꝙ ſepius murmuro foꝛmando querimonias de alijs per ſuperbiam: aut per inuidiam: per impatientiam:aut per auariciam . Sepius detraho fame et honoꝛi pꝛoximoꝛum : aliquando nō ſeruādo pꝛeceptum de coꝛrectione fraterna. ſcilicet. coꝛrigendo publice quod peccauit inter me et ipſum . aliquando dicendo quod nō cōmiſit.aliquando ſcriptis aut verſibus infamādo

ipſum: aliquādo tacendo bona que de proximo ſcio: vbi deberem dicere ea ad eius defenſionē: aliquando negando bona: aliquādo miſcendo bonis aliqua mala: aliquādo dicēdo mala cū ficto ꝛ ſimulato dolore: vt melior reputarer: aut magis feriā: aliqñ augendo factuꝫ meis verbis: aliqñ bonū de vno dicēdo ꝛ tacēdo de alio: vt de eo intelligat̄ malū: aſſerēdo incertū pro certo: aut q̄d ſciebam falſum pro vero: nō reſtituēdo famā quantum in me fuit ꝓximo cui abſtuli. ¶ Item offendi in verbo iurādo ſine neceſſitate: aut incertū ꝓ certo. aut falſuꝫ pro vero. Pernicioſe mentiēdo in damnū ꝓximi nec perfecte reſtituēdo damnū: obcena verba: aut detractoria: aut ſcandaloſa: aut adulatoria dicēdo aut libēter audiēdo: aut vt alij dicant vel audiant ꝓuocando: et in omnibus his malum exemplum proximis meis prebendo. Item intuli proximis conuicia contumelias et improperia atq̃ iniurias et aſpere eos tractaui.

Opere.

Offendi deum meum opere tranſgrediendo eius precepta ſignanter: feſta nō ſeruando: proximum ſic vel ſic ledendo: et tale vel tale malū opere implendo: et dicatur quotiens.

Omiſſione.

Multa omiſi que tenebar cogitare: nā feſtis dieb⁹ debui cogitare celeſtia cogitaui terrena: debui intereſſe diuinis laudibus ꝛ myſterijs interfui nugis et fabulis et ludis et ſcurilitatibus ꝛ murmurationibus et detractionibns attētius ꝛ maiore cū voluptate. debui honorare parētes et aut nō feci aut nō perfecte egi: in multis potui prodeſſe proximis que neglexi: opera miſericordie tam ſpūalia q̃ corporalia: aut pretermiſi: aut pauca q̃ tepidiſſime egi: ſepi⁹ ꝓpoſui bona: raro aliq̄d eorꝫ perfeci: miſſaꝫ rarius q̃ debui celebraui: id vero potius ſpe premij aut laudis q̃ xp̄i amore aut ſalutis et officij ſoluendi deſiderio abſolui.

Concluſio:

De his omnibus et alijs que in memoriam nō veniunt dico meam culpā: et rogo beatam virginem mariaꝫ ꝛ omnes ſanctos ꝛ ſanctas dei vt orent pro me: ꝛ te pater vt ores pro me et abſoluas me ꝛ iniungas mihi penitentiam ſalutarem.

¶ Dicat ſacerdos qui audiuit aliqua bona verba correctionis vel conſilij: vel conſolationis vt viderit expedire. Deinde dicat ꝓ penitentia et ſatiſfactione ſacramentali: dicatis interim ꝙ abſoluo vos canticum magnificat: vel pſalmum de profundis: vel pater nr̄ cū aue maria.

Oratio diſponens ad abſolutionem.

Dominus parcat tibi amē: per aſperſionē ſacratiſſimi ſanguinis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: ꝛ per merita beate marie ſemꝑ virginis ꝛ omniū ſanctorꝫ ac ſanctarꝫ dei: miſereat̄ tui omnipotēs ꝛ miſericors dn̄s: liberet te ab om̄i malo ſaluet ꝛ cōfirmet in om̄i

opere bono:⁊ dimiſſis oĩbus peccatis tuis perducat te ad vitam eternaꝫ amen. ¶ Indulgentiã ⁊ abſolutionem omniũ peccatoꝝ tuoꝝ tribuat tibi omnipotẽs ⁊ miſericors dñs amen. Abſolutio. ¶ Dñs noſter ieſus xp̃s qui te creauit ⁊ redemit te abſoluat:⁊ ego eius auctoritate ⁊ ſanctoꝝ apoſtoloꝝ petri ⁊ pauli abſoluo te ab om̃i vinculo excõmunicatiõis maioris vel minoris ſi quam incurriſti inquantũ poſſum ⁊ debeo:⁊ reſtituo te ſanctis ſacramẽtis eccleſie ⁊ vnitati fideliũ. Iterũ eadẽ auctoritate abſoluo te ab oĩbus his peccatis que mihi cõfeſſus es:⁊ ab oĩbus alijs quoꝝ memoriã nõ habes. In noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti amen. ¶ Pro maiore ſatiſfactione ⁊ velociore liberatiõe ac diminutione pene a te exſoluẽde in purgatorio dic talem orationẽ vel fac peregrinationẽ vel elemoſinaꝫ vel tale ieiuniuꝫ vel ſacrificiũ ⁊c̃. pro qualitate criminis ⁊ cõditione perſone. Et ſuppleat penitẽtie defectũ paſſio dñi noſtri ieſu xp̃i:⁊ omniũ ſanctorũ ac eccleſie catholice merita:⁊ omnia bona que feciſti aut facturus es: et mala que ſuſtinuiſti:aut ſuſtinebis ſint tibi in remiſſionẽ peccatoꝝ ⁊ augmentũ gratie ⁊ glorie amen. Uade in pace ⁊ amplius noli peccare:et ora deum pro me.

¶ Orationes deuotiſſime dicende a ſacerdote ante q̃ accedat ad celebrandum.

Vero corde credo ⁊ ore confiteor te eſſe verũ deũ ⁊ hominẽ eterni patris ⁊ virginis matris filiũ dñm noſtrũ ieſum xp̃m preciũ redẽptionis:pro cuius amore ſacroſanctã fidem teneo:ſed quia in multis ꝓpter fragilitatẽ meã te offendi ⁊ offendo:⁊ tu pius es et miſericors ⁊ miſericordiã tribus oĩbꝰ qui inuocãt nomen ſanctũ tuũ in veritate: ideo te precor piiſſime dñe per tuã miſericordiã ⁊ huiꝰ ſacramẽti excellentiã ⁊ per virtutẽ tue ſanctiſſime paſſionis vt indulgeas mihi ſeruo tuo. qui cũ patre ⁊ ſpiritu ſãcto viuis ⁊ regnas deus oĩpotens per infinita ſecula. Amen.

Alia oratio.

